Adlegationes ad Regem Valladzica.

# Petrus Tomicki Archidiaconus Cracovien. Sigismundo I. Regi Poloniae.

Srme ! &c. Vojevoda Moldaviensis misit Nuntium suum hodierna Die ad hanc Sacram Mttem cum Literis, quibus queritur de multis injurijs, quas asseverat sibi et subditis suis inferri de Regno et á subditis Vrae Mttis. Queritur enim abduci sibi homines pecora jumenta, populari Villas, praedas et furta passim exerceri contra jusjurandum et concordiam nuper magno labore confectam, nominatq. villas depopulatas et numerum hominum et jumentorum abductorum, prout id ex ejus Lris plene cognoscet Vra Mttas, quas eadem Mttas in suis inclusas mittit ad Vram Sacram Mttem. Et quoniam hae ipsa Sacra Majestas mandavit mihi ut ipse quoque de his Scriberem Vrae Mtti.

Quae omnia quamvis Hac Sacra Mttas perscribat Lris Suis ad Vram Mttem Lrasq. Ejusdem Vojevodae inclusas mittat, ex quibus cognoscet Vra Mttas querelam hominis turbulenti. Ego tamen volui etiam de his scribere Vrae Mtti, rogoque illam humiliter, coercere dignetur temeritatem et nimiam licentiam paucorum atque providere pro sua prudentia, ne quidquam fiat in limitibus, unde pax et concordia labefactari posset. Solet enim ex parvis scintillis gravis nonnunquam flamma excitari.

— 1510. in Majo.

Ad I: Anni 1507